

bertus effectus, ingenuitati, quam amiserat, restitutus, nullum filius ejus obsequium debes. — S. 15 kal. Jan. AA. Coxss.

12. *Idem*, AA. et CC. Quintianæ.

Ab hostibus capti, et non commercio²² redempti, sed virtute²³ militum nostrorum liberati, illico statum, quem captivitatis casu amiserunt, recipiunt: servi²⁴ autem dominis suis restituentur. Receptos enim eos, non captos judicare debemus: et militum nostrum defensorem eorum decet esse, non dominum. — S. 5 kal. Januar. AA. Coxss.

13. *Idem*, AA. et CC. Quartinae.

Si is, qui te ab hostibus ingenuam captam commercio redemit, sibi matrimonio conjunxit: dignitate²⁵ nuptiarum, et voto futuræ justæ sobolis, vinculo pignoris tibi remisso, reddi natales pristinos rationis est. — S. 8 id. Martii, CC. Coxss.

14. *Idem*, AA. et CC. Severæ.

Jus postliminii filiam (rebus humanis exempta matre, dum in servitutis ipsa necessitate per captivitatis causam fuit) eventus purgato vigore, ad ejus legitimam²⁶ invitat hereditatem; nec tibi medii temporis fortuna, quominus res maternas successione quaesitas persequi possis, injuriam fieri patimur. — S. 16 kal. april. CC. Coxss.

15. *Idem*, AA. et CC. Macrotraulo.

Is, qui liber constitutus captus ab hostibus commercio²⁷ redimitur, etiam antequam restituatur, pro eo data pecunia, successione²⁸ jura sibi vindicare favore ingenuitatis potest: ut ex ea possit pretium pro se datum exsolvere.

16. *Idem*, AA. et CC. Basilidæ.

Commercio²⁹ redemptæ³⁰ feminae filios, licet ex servo medio susceptos tempore, origini ingenuitatis matris, juxta ea quæ benigne placuerant, reddi convenit. — S. 5 kal. septembr. *Viminacii*, AA. Coxss.

17. *Idem*, AA. et CC. Diogeniæ.

Liber captus ab hostibus, et commercio redemptus, tunc demum, cum³¹ pretium solverit, vel ei hoc, qualicunque remittatur judicio, statum pristinum recipit: quo genere matre filium redimente, cum hujusmodi contractus non de mercede, sed de tristitia repudianda cogitatur, voti recipiendi filium cogitatio cum optabili conditione filium illico matri restituit: ita ut [a] civilium obsequio munus propter casum præteritum [filius] non excusetur. Pro³² pietatis itaque ratione ab hostibus redempto filio, facti te penitere, ac de pretio quicquam tractare non convenit: dotem tamen ab eo debitam jure concessio reddi postulas. — S. 5 kal. novembr. * *Devellio*, CC. Coxss.

18. *Idem*, AA. et CC. Tryplinianæ.

Ab hostibus captis ac postliminio reversis, pro hujusmodi casu amissa, quæ in eadem causa quidem durant, omnimodo directa: quæ vero per usucapionem, vel liberationem ex bonis subtracta, vel non utendo finita esse videntur, intra annum utilem experientibus actione rescissoria³³ restituantur. — P. P. 12 kal. decemb. CC. Coxss.

19. Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS ET THEODOSIUS AAA. ad Severinum ducem.

Si, quos forte necessitas captivitatis abduxit: seiant, si non transierint, sed hostilis irruptionis necessitate transducti sunt, ad proprias terras festinare [se] debere: recepturos³⁴ jure postliminii ea, quæ in agris, vel mancipiis, [seu aliis rebus] ante tenuerunt, etsi a fisco nostro possideantur. Nec timeat quisquam alicujus contradictionis moram: cum hoc solum requirendum sit, utrum [forsitan] aliquis cum Barbaris voluntate³⁵ fuerit, an coactus. — Dat. 5 kal. Jul. *Romæ*, GRATIAN. A. 3 ET DAGALAFUS COXSS. 366.

20. Impp. HONORIUS ET THEODOSIUS AA. Theodoro P. P.

Diversarum homines provinciarum cujuslibet sexus, conditionis, ætatis, quos barbarica feritas captivitatis necessitate transvererat, invitos³⁶ nemo retineat: sed ad propria redire cupientibus libera sit facultas (quibus si quicquam in usum vestium vel alimonie impensum est, humanitati sit præstitum, nec maneat victualis sumptus repetitio:) exceptis his quos Barbaris vendentibus emptos esse decebitur: a quibus status sui pretium propter utilitatem publicam emptoribus æquum est redhiberi. Ne quando enim damni consideratio in tali necessitate positus negari faciat emptionem: decet redemptos, aut datum pro se pretium emptori-

22. L. 10, supr. h. t. — 23. L. 21, in pr. vers. quod si, D. de captiv. — 24. d. l. 10. — 25. L. 2, in fin. supr. h. t. — 26. L. 9, supr. eod. — 27. L. 10, in fin. supr. eod. — 28. L. 9, supr. eod. — 29. L. 10, in fin. — L. 11, l. 12, l. 15, supr. eod. — 30. *Immo vide N. Leon. 36.* — 31. L. 2, supr. h. t. — L. 12, § 7 et 14, D. de captiv. — 32. *Fac. L. 11, supr. de negot. — 33. l. 24, in fin. supr. de rei vind. — L. 1, § 1, D. ex quib. caus. major. — 34. L. 5, § 1, D. de captiv. — 35. L. 19, § 4; L. 20, in pr. D. d. 1. — 36. L. 11, supr. de episcop. audient. — 37. d. l. 11.*

bus restituere, aut laboris obsequio, vel opere quinquennii, vicem referre beneficii, habituros incolumen (si in ea nati sunt) libertatem. Reddantur igitur ædibus propriis sub moderatione quam justissimè: quibus jure postliminii etiam veterum responsis incolumenta cuncta servanda sunt. Si quis itaque huic præcepto fuerit conatus obistere, actor, conductor procuratorque dari se metallis cum pena deportationis non ambigat: sin vero possessionis dominus, rem suam [a] fisco noverit vindicandam, seque deportandum, et ut facilis executio perveniat, Christianos³⁷ proximorum locorum volumus hujusmodi rei sollicitudinem gerere. Curiales quoque proximorum civitatum placuit admoneri, ut emergentibus talibus causis, scient legis nostræ auxilium deferendum: ita ut noverint rectores universi decem libras auri a se, et tantundem a suis apparitoribus exigendum, si præceptum [nostrum] neglexerint. — Datum 5 id. decembr. *Ravennæ*, HONORIO 8 ET THEODOS. 3 AA. COXSS. 409.

TIT. LII.

DE INFANTIBUS EXPOSITIS¹ LIBERIS ET SERVIS, ET DE HIS, QUI SANGUINOLENTOS² NUTRIENDOS ACCEPERUNT.

1. Imp. ALEXANDER A. Claudio.

Si invito³ vel ignorante te partus ancillæ, vel adscriptitiæ tuæ expositus sit, repetere cum non prohiberis. Sed restituito ejus, (si non a fure vindicaveris) ita fiet, ut si qua⁴ in alendo eo vel forte ad discendum artificium juste consumpta fuerint, restitutus⁵. — P. P. 3 kal. Jun. JULIANO 2 ET CRISPINO COXSS. 225.

2. Imppp. VALENTINIANUS, VALENT. ET GRATIANUS AAA. ad Probum P. P.

Unusquisque sobolem suam nutriat. Quod si exponendam putaverit, animadversioni quæ constituta est, subjaceat. Sed nec⁶ dominus vel patronus repetendi aditum relinquimus, si ab [ipsis] expositos quodammodo ad⁷ mortem voluntas misericordie amica collegerit: nec enim suum [quis] dicere poterit, quem pereuntem contempsit. — Dat. 4 non. Mart. GRATIAN. A. 3 ET EQUITIO COXSS. 374.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

Sancimus⁸ nemini licere, sive ab ingenuis genitoribus puer parvulus procreatus, sive a libertina progenie, sive servili conditione maculatus, expositus sit: eum puerum in suum dominium vindicare, sive nomine domini, sive adscriptitiæ, sive colonariæ conditionis. Sed neque his qui eos nutriendos sustulerunt, licentiam concedimus penitus cum quadam distinctione [ita] eos tollere, et educationem eorum procurare, sive masculi sint, sive feminae, ut eos vel loco servorum, aut loco libertorum vel colonorum, aut adscriptitiarum habeant. sed nullo discrimine habito, hi qui ab hujusmodi hominibus educati sunt, liberi⁹, et ingenui apparent, et sibi acquirant, et in posteritatem suam, vel in extraneos heredes¹⁰ omnia quæ habuerint, quomodo voluerint transmittant, nulla macula servitutis, vel adscriptitiæ, aut colonariæ conditionis imbuti: nec quasi patronatus jura in rebus eorum his, qui eos susceperint, prætere concedimus: sed in omnem terram quæ romanæ ditioni supposita est, hoc obtinere. Neque enim oportet eos, qui ab initio infantes abjecerunt, et mortis¹¹ forte spem circa eos habuerunt, incertos constitutos, si qui eos susceperint, hos iterum ad se revocare conari, et servili necessitati subjungi. Neque hi, qui eos pietatis ratione suadente sustulerint, ferendi sunt denuo suam mutantem sententiam, et in servitutem eos retrahentes, licet ab initio hujusmodi cogitationem habentes ad hoc prosiluerint: ne videantur quasi mercimonio contracto ita pietatis officium gerere. Hæc observantibus, tam viris clarissimis presidibus provinciarum, quam religiosissimis episcopis, necnon officiis præsidialibus, et patribus, et defensoribus civitatum, et omni civili auxilio. — Dat. 15 kal. octobr. *Chalcedone*, DECIO 5 COXSS. 529.

In AUTHENT. constit. quæ ex adscript., § 1, col. 5, tit. 9, al. 8, Novell. 84, cap. 1.

Antiqua lex erat, quæ dicebat ex persona libera, et latera adscriptitiæ natos, adscriptitiæ sequi conditionem: quod per Justinianum ad jus commune liberi ventris redactum est.

TIT. LII. — 1. N. 155, l. 4, D. de agnos. et alend. liber. — L. 1, § 2, D. de jur. et facti ignor. — 2. L. ult. supr. de patrib. qui filios suos distrax. — 3. *Confer L. 2, vers. sed nec, infr. h. t. — 4. L. 16, in fin. supr. de nupt. — L. 4, § 9, D. de doli mali et met. except. — 5. Vide *ta men L. 27, in fin. D. de rei vind. — 6. L. 3, infr. h. t. — N. 155, c. 1. — 7. d. l. 5, vers. neque enim. — 8. L. 24, supr. de episcop. audient. — 9. N. 155, c. 1. — 10. L. 10, supr. eod. de success. — 11. L. 2, supr. h. t.**

4. Imp. JUSTINIANUS.

Sancimus¹² ut quoscunque, vel in ecclesiis, vel in vicis, vel aliis locis abjectos constituerit, ii modis omnibus liberi sint: etiam si certam quandam probationem petitor habeat, qua ostendat ejusmodi personam ad suum pertinere dominium. Nam si legibus nostris¹³ statutum est, ut servi ægrotantes a dominis neglecti, et qui velut desperata eorum valedudine possessorum curatione digni non censentur, omnino in libertatem abripiantur: quoniam pacto in ipsis vitæ primordiis aliorum hominum pietati relictos, et ab eis educatos, in servitutem iniquam pertrahi patiamur? Enimvero liberos esse sancimus, ne illis quidem, qui hæc faciunt, irrogandas ex legibus nostris penas effugientibus; velut omni refertis inhumanitate, et crudelitate, quæ tanto quovis homicidio pejor est, quanto miserioribus eam inferunt.

TIT. LIII.

QUE SIT LONGA¹ CONSUETUDO.

1. Imp. ALEXANDER A. Apro.

Præses provincie probatis his, quæ in oppido frequenter in eodem controversiarum genere servata sunt, causa cognita statuet. Nam et consuetudo præcedens et ratio², quæ consuetudinem suavit, custodienda³ est. Et ne quid contra longam consuetudinem fiat, ad sollicitudinem suam revocabit præses provincie. — P. P. 6 kal. april. JULIANO 2 ET CRISPO COXSS. 225.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Proculum.

Consuetudinis ususque longævus non vilis auctoritas⁴ est: verum non usque adeo sui vilitura momento, ut aut rationem vincat, aut legem⁵. — Dat. 7 kalend. Maji *Constantinop.*, P. P. A. 5 ET LICINIO CC. COXSS. 319.

3. Impp. LEO ET ANTHEMIUS AA. Alexandro.

Leges quoque ipsas antiquitus probata et servata tenaciter⁷ consuetudo imitatur⁸, et retinet: et quod officiis, curiis, civitatibus, principibus, vel collegiis præstitum fuisse cognoscitur, perpetuæ legis vicem obtinere statuimus. — Dat. 7 id. sept. MARTIANO ET ZENONE COXSS. 469.

TIT. LIV.

DE DONATIONIBUS¹.

1. Impp. SEVERUS ET ANTONINUS AA. Lucio.

Emptionum mancipiorum instrumentis² donatis, et traditis, et ipsorum mancipiorum donationem, et traditionem factam intelligis: et ideo potes adversus donatorem in rem actionem exercere. — P. P. 8 kal. Jul. FAUSTINO ET RUFINO COXSS. 211.

2. Imp. GORDIANUS A. Leonidæ.

Si nominis persecutionem in te emancipatum pater tuus titulo donationis transtulit, frustra præterdit, qui debitor tuo heres exitit, consensus fuisse debitoris necessarium: cum satis fuerit actiones eo nomine tibi mandatas fuisse. — P. P. 2 id. Mart. GORDIANO A. 2 ET POMPEIANO COXSS. 242.

3. Imp. DECIVS A. Marcellino.

Spem³ futuræ actionis plena intercedente donatoris voluntate posse transferri non immerito placuit. — P. P. non. Mart. DECIO A. 1 ET GRATO COXSS. 284.

4. Imp. PROBUS A. Marsia.

Si functiones⁴, [exactiones, vel tributa] per eum, cui donata res non erat, vel ab actoribus ipsius nomine celebratæ sunt, tibi obesse non potest. — P. P. 5 kal. Jan. MESSALA ET GRATO COXSS. 280.

5. Impp. CARINUS ET NUMERIANUS AA. Flaconille.

Si donatio per epistolam facta non appareat: verba⁵ tamen testamenti, quibus liberalitas testatitricis confirmata est, fideicommissum continere

12. N. 155, c. 1. — 13. L. un. § 5, supr. de Latin. libert. toll.

TIT. LIII. — 1. Lib. 1, D. 5, § 9, Inst. de jure natur. — 2. L. 35, D. de legib. — *Adde L. 2, infr. h. t. — L. 32, § 1; L. 33, D. de legib. — L. 13, § 1, in fin. D. de pollicitat. — L. 9, infr. de jure licit. — L. ult. in pr. infr. de privili. scholar. — lib. 12, tit. 20. — 3. L. 59, D. de legib. — 4. L. ult. infr. h. t. — 5. L. 56, D. de legib. — 6. L. 33, D. d. t. — *vide tamen 2. Feud. 1, vers. legum; L. 52, in fin. D. de legib. — 7. L. 34, L. 35, L. 37, L. 38, D. d. t. — 8. L. 52, § 1; L. 33, L. 38, D. d. t.**

TIT. LIV. — 1. Lib. 59, D. 5; Lib. 2, Inst. 7. — 2. *Adde L. 44, § 5, D. de legat. 1. — 3. L. 11, D. de hered. vel act. vend. — L. 84, D. de verb. sign. — 4. in fin. Inst. de verb. oblig. — 4. *Adde L. 7, L. 8, infr. h. t. — L. 8, supr. de act. empt. — 5. L. 16, D. h. t. — 6. L. 4, L. 10,**

non ambigatur. — P. P. 6 kal. febr. *Romæ*, CARINO 2 ET NUMERIANO COXSS. 284.

6. Impp. DIOCLET. ET MAXIM. AA. Christianæ.

Nec ambi oportet, donationes etiam inter⁶ absentes (et maxime si ex voluntate donantium possessiones, hi, quibus donatum est, nanciscantur) validas esse. — P. P. 3 id. febr. MAXIMO 2 ET AQUILINO COXSS. 286.

7. *Idem*, AA. et CC. Julio.

Censualis quidem professio domino præjudicare non solet⁷. Sed si in censum, velut sua mancipia deferenti privilegio tuo consensisti, donationem in eum contulisse videris. — P. P. id. Jul. ipsis AA. 4 ET 5 COXSS. 290.

8. *Idem*, AA. et CC. Floræ.

Si præses provincie non donandi voluntate filiorum tuorum nomine prædia in censum detulisse te manifestis probationibus cognoverit, quod fides veri suggesterit, id statuet. — P. P. 8 id. sept. ipsis AA. 6 ET 3 COXSS. 290.

9. *Idem*, AA. et CC. Augustianæ.

Legem⁸, quam rebus tuis donando dixisti, sive stipulatione tibi propexisti, ex stipulatu, sive non: incerto⁹ judicio, id est, præscriptis¹⁰ verbis, apud præsidem provincie debes agere, ut hanc impleri provideat. — P. P. 16 kalend. Maji, AA. Coxss.

10. *Idem*, AA. et CC. Hermonia.

Nec ignorans, nec invitus¹¹ quisquam donat. Unde si de hoc fundo non cogitasti, cujus velut¹² donationi te consensisse continetur instrumento: majores veritate¹³ rei, quam scripturæ vires obtinente, intelligis, de quo non cogitasti, nec specialiter subscripsisti, nihil te perdidisse. — S. 5 kal. Maji, CC. Coxss.

11. *Idem*, AA. et CC. Sabino.

Cum de bonis tuis partem quidem penes te retinuisse, partem vero in eum, quem in potestate habes, donationis titulo contulisse commemores: non est incerti juris in eum qui in sacris¹⁴ familiæ tuæ remanet, destinatione magis paternæ voluntatis factam, quam perfectam donationem pervenisse. Delegationes autem nominum in emancipatum collatæ, perfectam donationem actionum efficiunt. — S. 2 kalend. Maji, CC. Coxss.

12. *Idem*, AA. et CC. Aureliano.

Portionem propriam, rebus nondum¹⁵ divisus, nemo prohibetur titulo donationis in alium transferre. — Dat. 17 kal. Jun. AA. Coxss.

13. *Idem*, AA. et CC. Urania.

Si aliquid per epistolam¹⁶ donatum tibi probetur, brevis chartulæ, donationi (si hæc recte facta probetur) nihil quicquam derogat. — Dat. 15 kal. Jun. *Sirmii*, AA. Coxss.

14. *Idem*, AA. et CC. Ideo.

Si filius tuus res ad te¹⁷ pertinentes sponsæ suæ te non consentiente donavit: ad eam, quod non habuit, transferre non potuit. — S. 15 kal. octobr. AA. Coxss.

15. *Idem*, AA. et CC. Severæ.

Æris alieni, quod ex hereditaria causa venit, non¹⁸ ejus, qui donationis titulo possidet, sed totius juris successoris onus est. Si itaque nemini obligata prædia per donationem consequuta es, supervacuum geris sollicitudinem, ne vel heredes donatitricis, vel ejus creditores te jure possint convenire. — S. 15 kalend. decemb. AA. Coxss.

16. *Idem*, AA. et CC. Theodoro.

Senectus ad donationem faciendam sola, non est impedimento. — Dat. 5 kal. decembr. AA. Coxss.

17. *Idem*, AA. et CC. Hermia.

Sive emancipatis filiis res donasti, sive in potestate constitutis, et sui juris effectis, ac tenentibus non¹⁹ ademisti: blandiri [tibi] non debes, veluti res donatas ex penitentia liceat auferre. Sane, si ea quæ in tua potestate donaveras, post emancipationem contra tuam tenuerint voluntatem: horum penes te dominium remansit: si quidem nec tempore, quo voluisti propter²⁰ vinculum potestatis sibi quicquam quærere, nec post te invito rebus tuis poterunt. — S. 4 kal. Jun. AA. Coxss.

D. eod. — 7. L. 64, D. de acquir. rer. domin. — 8. L. 5, in fin. supr. de contrah. empt. — 9. L. 22, in fin. infr. h. t. — 10. L. 2, supr. de pact. inter empt. — 11. L. 29, in pr. D. h. t. — 12. L. 18, supr. de probat. — 13. L. 14, supr. de contrah. et committ. stipul. — 13. L. 1, supr. plus valere quod agitur, *fac. L. 7, supr. h. t. — 14. L. 17, infr. eod. — L. ult. in fin. supr. de impub. et aliis subs. — 15. L. 3, supr. de comun. rer. alien. — L. 16, supr. de jure dot. — excip. L. 1, in fin. supr. communi divid. — 16. L. 5, supr. h. t. — 17. L. 9, in fin. D. h. t. — L. 20, in pr. D. de acquir. rer. domin. — L. 54, D. de reg. jur. — 18. L. 22; L. 24, infr. h. t. — L. 1, § 16, D. ad SC. Trebell. — L. ult. supr. de hered. act. — L. ult. in fin. D. de contrah. empt. — *vide tamen L. 149, D. de reg. jur. — 19. L. 51, § 2, D. — 20. L. 11, supr. eod.**

18. Idem, AA. et CC. Auliano.

Si donationis causa furti²¹ actionem tibi remissam probetur: supervacua geris sollicitudinem. — S. 8 kalend. Januar. AA. COSS.

19. Idem, AA. et CC. Alexandria.

Si avia vestra proprias res quacunque ratione factas titulo liberalitatis in eum, contra quem preces funditis, contulit: quominus hæc rata maneat, quod ex²² origine patris, vel avi vestri descendunt, nihil prodest. — S. 16 kalend. febr. Sirmii, CC. COSS.

20. Idem, AA. et CC. Helinio.

Vice²³ donatricis alio voluntate ejus subscribente, jure facta donatio non habetur irrita. — S. 7 kalend. februar. CC. COSS.

21. Idem, AA. et CC. Antonina.

Constante matrimonio dotem²⁴ penes maritum suum constitutam, avia tua tibi donare non potuit. — S. 5 idus Mart. CC. COSS.

22. Idem, AA. et CC. Diomedii.

Cum res filio [tuo] emancipato ea²⁵ conditione, ut creditoribus tuis solveret, te donasse proponas: si stipulatione, vel incontinenti²⁶ habito pacto huic rei prospexisti, creditoribus quidem non²⁷ contra eum ex placito vestro, sed adversus te competit actio. Eum autem, cui certa lege prædia donasti, incerta²⁸ civili actione ad placitorum obsequia urgeri secundum legem donationibus dictam convenit. — S. 7 kal. april. Sirmii, CC. COSS.

23. Idem, AA. et CC. Olympiadi.

Si ea, quæ donaveras, posteriori placito, qui acceperat, dono tibi reddidit: donationis antecedentis, instrumentum actis sequentibus²⁹ nihil obesse potest. — Subscriptum 5 kal. octobr. CC. COSS.

24. Idem, AA. et CC. Macario.

Si patri tuo heres³⁰ non extitit, ex facta ab eo liberalitate titulo donationis non posse jura tua lædi, manifestissimi juris est. — P. P. non febr. Antiochie, Diocletiano 9 et Maximiano 8 AA. COSS. 304.

25. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum P. P.

Donatio sive directa sit, sive mortis causa instituta, sive conditione faciendi, aut non faciendi suspensa, sive ex aliquo notato³¹ tempore promissa, sive animo dantium, accipientiumve sententiis (quantum jus sinit) cognominata, sub hac fieri debet observatione, ut quas leges indulgent actiones, conditiones, pactionesque contineat. Hisque penitus cognitis, vel recipiantur, si complacite sunt: vel rejiciantur, si sunt molestæ: in conscribendis³² autem donationibus, nomen donatoris, jus, ac rem notari oportet: neque id occulte, aut privatim, sed aut tabula, aut quodcumque aliud materiæ [genus] tempus dabit, ut ab ipso, vel ab eo, quem sors ministravit, præscribatur: actis³³ etiam annexendis, quæ apud judicem, vel magistratus conficienda sunt, ubi hoc leges expostulant. — Dat. 3 non. februar. Romæ, Severo et Rufino COSS. 325.

26. Idem, A. Catulino proconsuli Africæ.

Si quis in emancipatum minorem, prius quam fari possit³⁴, aut habere rei, quæ sibi donatur, adfectum, fundum crediderit conferendum, omne jus compleat instrumentis ante præmissis. Quod jus per eum servum, quem idoneum esse constituerit, transigi placuit: ut per eum infanti acquiratur. — Dat. 12 kalend. Maji Serdica, SABINO et RUFINO COSS. 316.

27. Idem, A. ad Severum com. Hispaniarum.

Data jam pridem lege³⁵ statuimus, ut donationes interveniente actorum testificatione conficiantur: quod vel maxime inter necessarias conjunctasque³⁶ personas convenit custodiri. Si quidem clandestinis ac domesticis fraudibus facile quidvis pro negotii opportunitate confingi potest: vel id quod vere gestum est, aboleri. Cum igitur nec liberos quidem ac parentes lex nostra ab actorum confectione secernat: id quod necessario super donationibus apud acta conficiendis jam pridem statuimus, universos teneat: gesta autem confici super rebus [etiam] alibi³⁷ collatis, ubicunque sufficit. — Dat. 3 non. Maji, DALMATIO et ZENOPHILO COSS. 335.

28. Imp. HONOR. et THEOD. AA. MODATIO P. P.

Quisquis rem aliquam donando, vel in dotem dando, [vel vendendo,]

21. L. 15, supr. de furti; L. 7, § 14 l. 17, § 1 D. de pact. — 22. L. 14, supr. de contrah. empt; L. 35, in fin. D. de minor. — 23. L. 31, vers. verum, infr. h. t. — 24. L. 17, l. 23, supr. de jure 27. l. 13, supr. h. t. — L. 3, in fin. supr. de contrah. empt. — 25. L. 7, § 5, D. de pact. — 26. L. 13, supr. h. t. — 27. L. 9, in fin. supr.; L. 28, in fin. D. eod. — 28. Pat. L. 2, supr. de pact. — 29. L. 14, supr. de rei vind.; fac. L. 25, supr. h. t. — 30. L. 2, l. 3, infr. de donat. que sub modo l. ult. supr. de legat. — 31. L. 51, infr. h. t. — 32. L. 1, l. 3, infr. de donat. que sub modo l. ult. supr. de legat. — 33. L. 51, infr. h. t. — 34. L. 27, l. 35, § 5, infr. eod. — 35. vide tamen N. Leca. 30, l. ult. infr. de donat. caus. mort. — 36. Adde L. 28, D. de

usumfructum³⁸ ejus retinuerit, etiamsi stipulatus non fuerit, eam continuo tradidisse credatur, nec quid amplius requiratur, quo magis videatur facta traditio: sed omnimodo idem sit in his causis usumfructum retinere, quod tradere. — Dat. 2 id. Mart. HONORIO A. 11 et CONSTANTINO C. 2 COSS. 417.

29. Imp. THEOD. et VALENT. AA. Hierio³⁹ P. P.

In extraneos, et sæpe ignotos, donationem collatam valore receptum est: et si sine⁴⁰ scripto donatum quid fuerit, adhibitis aliis idoneis documentis, hoc quod geritur, comprobatur. — Dat. 11 kal. Maji, FELICE et TAURO COSS. 428.

30. Imp. LEO⁴¹ Constantino P. P.

In hac sacratissima urbe conscriptæ donationes ubicunque⁴² positarum rerum, apud magistrum census insinuantur. In aliis vero civitatibus, sive absens, sive presens rector⁴³ provincie sit, sive eadem civitas habeat magistratus, sive non habeat, et defensor tantummodo sit: donator habeat liberam facultatem donationes rerum suarum ubicunque⁴⁴ positarum, sive apud moderatorem cujuslibet provincie, sive apud magistratum, sive apud defensorem⁴⁵ cujuscumque civitatis prout maluerit, publicare. Atque ut ipsa donatio sita est in voluntate⁴⁶ donantis, ita ei liceat donationem suam apud quemcumque ex memoratis voluerit intinere: et hæc donationes, quæ in diversis provinciis, et civitatibus apud quemlibet ex prædictis fuerint publicatæ, obtineant inconcussam, ac perpetuam firmitatem. — Dat. 8 non. Mart. Constantinopoli, PATRICIO et RICHIERE COSS. 459.

31. Imp. ZENO A. Sebastiano P. P.

In donationibus, quæ actis insinuantur, non esse necessariam judicamus vicinos, vel alios testes adhibere. Nam superfluum est privatum testimonium, cum publica monumenta sufficiant. Verum et illas donationes, quas gestis non est necessariam alligari, si forte per tabellionem, vel alium scribantur, et sine⁴⁷ testium subnotatione valere præcipimus: ita tamen, si ipse donator, vel alius⁴⁸ voluntatem ejus secundum solitam observationem subscripserit: donationibus, quæ sine scriptis conficiuntur, suam firmitatem habentibus secundum constitutionem⁴⁹ Theodosii et Valentiniiani ad Hierium præfectum prætorio promulgatam. — Dat. kal. Mart. CONSTANTINO et ELLO V. C. COSS. 478.

32. Imp. ANASTAS. A. Euphemio P. P.

Secundum divi Leonis constitutionem⁵⁰ donationes apud virum clarissimum magistrum census tantummodo insinuari præcipimus: hujusmodi forma in illis instrumentis observanda, quæ in hac regia urbe confecta, seu celebrata fuerint: nec concedi quequam vel apud defensores, seu magistratus aliarum civitatum, vel in aliis quibuscumque locis præter memoratum judicium insinuare: scientibus, tam his, qui ad hujusmodi insinuationem pervenerint, quam his, qui eam susceperint, necnon tabellionibus quicunque testimonium suum non in competenti [ut dictum est] loco vel judicio præbuerint, vicenarum librarum auri multa, et alia gravissima indignatione se esse feriendos. — S. dat. prid. kal. Maji, PAULO V. C. COSS. 496.

33. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

Illam subtilem observationem amputamus, per quam donationis titulo cessiones actionum accipientes, non aliter suis eas transmittere hereditibus poterant, nisi litem ex his contestati essent, vel jus contestationis divino rescripto⁵¹ meruissent. Nam sicut venditionis titulo cessas actiones etiam ante litem contestationem ad heredes transmitti permittitur, simili modo et donatas ad eos transferri volumus: licet nulla contestatio vel facta, vel petita sit. Quod et in procuratore constituendo ad movendas easdem cessas actiones similiter observandum erit, ut minime quis impediatur procuratorem⁵² cessarum sibi super donatione actionum dare, licet nulla litem contestatio facta vel petita sit. Quæ in his tantummodo personis locum habere censemus, quæ susceptis per donationem cessionibus, adhuc superesse noscuntur: nam jam mortuis hujusmodi personis, vetera jura super hisdem cessionibus posita servari concedimus. — Dat. kal. Jun. Constantinop., JUSTINIANO A. P. P. 2 COSS. 528.

34. Idem, A. Demostheni P. P.

Sancimus omnem donationem, sive communem, sive ante nuptias fac-

usurp. — 35. L. 25, supr. h. t. — 36. L. 25, supr. de donat. inter vir. et uxor. — 37. L. 50, infr. h. t. — 38. L. 55, § 5, infr. eod. — L. 42, in pr. D. de mort. caus. donat. — 39. L. 51, in fin. infr. h. t. — 40. d. l. 51, in fin.; L. 12, supr. de fide instrum. — 41. L. 51, in fin. — 42. L. 27, in fin. supr. eod. — 43. L. 1, un. supr. de offic. jurid. Alex. — 44. L. 27, in fin. supr. h. t. — 45. N. 15, c. 3, in pr. — 46. L. 55, § 5, vers. cum enim, infr. h. t. — 47. Ivo. vide N. 52, c. 2; N. 73, c. 5. — 48. L. 20, supr. h. t. — 49. L. 29, supr. eod. — 50. L. 50, supr. eod. — 51. Tit. supr. quando libell. principi datus. — 52. Confer L. 8, supr. de procur.

tam, usque ad trecentos⁵³ solidos cumulatam, non indigere monumentis, sed communem formam habere: ut non usque ad ducentorum solidorum summam teneat: sed in hujusmodi observatione similes sint tam communes, quam ante⁵⁴ nuptias donationes. Si quid autem supra legitimam definitionem fuerit donatum: hoc quod superfluum⁵⁵ est, tantummodo non valere: reliquam vero quantitatem, quæ intra legis terminos constituta est, in suo robore perdurare: quasi nullo penitus alio adjecto, sed hoc pro non scripto, vel non intellecto esse credatur. Exceptis⁵⁶ donationibus, tam imperialibus, quam iis, quæ in causas⁵⁷ piissimas procedunt: quarum imperiales quidem donationes merito indignari sub observatione monumentorum fieri, tam a retro principibus, quam a nobis sancitum est, sed firmam habere propriam majestatem.

In AUTHENT. ut non fiant pign. § 2, alias § Illud quoque, col. 5, tit. 7, al. 5, Novell. 52, cap. 2.

Item a privatis in principem etiam cessantibus actis fit donatio. — § 1. Alias vero, quæ ad pietatem respiciunt, usque⁵⁸ ad quingentorum solidorum summam, et sine monumentis esse validas censemus. His insuper ante nuptias donationibus, quæ in adultas minores⁵⁹ sui juris constitutas cujuscumque summe procedunt, secundum veterum legum scita etiam, nisi actis intervenientibus corroboratae sunt, suam retinentibus firmitatem. Sin autem non in auro res donationis fuerint datæ, sed per res mobiles, vel immobiles, vel se moventes: quantitatem earum æstimari, et siquidem usque ad legitimam solidorum summam erigatur, validam eam esse, et sine monumentis conservari. Sin autem amplioris summe inveniatur, et minime actis comprobata est, superfluum⁶⁰ tantum vacuari. — § 2. Ne autem communiõne inducta, donatori, et ei, qui liberalitatem suscepit, aliqua oriatur contentio: electionem damus ei, qui ampliore summam in re donata habuerit, reliquam æstimationis quantitatem offerre ei, qui minore causam habuit et totum possidere. Sin autem hoc minime facere maluerit, tunc omnimodo res dividi secundum quantitatem utriusque parti competentem, si res dividi sine suo periculo possibilis est. Sin autem in hujusmodi casibus, in quibus partito utiliter celebrari minime potest, amplioris summe dominus noluerit offerre æstimationem: tunc licebit etiam ei, qui minoris summe habet potestatem, offerre pretium, et totum sibi vindicare. — § 3. Si quis autem per diversa tempora in eandem personam multas faciat liberalitates, quarum singulæ quidem legitimam quantitatem non excedunt: in unum autem compositæ, et prædicto modo exaggeratæ redundare videntur, et majoris esse quantitatis: non videatur eas oportere in unum coadunare, et introducere modos per quos non valeant, et in irritum revertentur: sed e contrario, et plures intelligantur, et singulæ secundum sui naturam obtineant, et monumentorum observatione non indigeant. Cum enim a veteribus super hac re variatum est, aliis multas, aliis unam esse definitivum: nobis causa placuit humanior, ut et multæ intelligantur, et omnes valide, et hi, qui liberalitates accipiunt, sciant veros non falsos suos esse donatores. — § 4. Si quis autem talem receperit donationem, in qua stipulatus fuerit annuam quandam sibi præstari quantitatem tantæ summe, quæ non excedit legitimam donationis modum: variabitur, utrum eum ex particulari donatione multas fecisse donationes existimandum sit, et eas actis non indigere: an ex totius stipulationis fundamento, et fonte ejus, ex quo annuæ donationes profluxerunt, et unam esse eam donationem putandam, et proculdubio monumentorum observatione vallandam: quod veteres quidem satis, abundeque variaverunt. Nos autem [omnia] contra divisione concludimus, ut si hujusmodi quidem fuerit donatio, ut intra vitam personarum stetur, vel damus, vel accipientis: et multæ intelligantur donationes, et liberæ a monumentorum observatione. Incertus etenim fortunæ exitus hoc nobis suggestit: ut possibile sit unius anni tantummodo, vel brevioris, vel etiam amplioris temporis metas supervivere, vel donatorem, vel eum, qui donationem accepit, et ex hoc inveniri etiam totam summam donationis non excedere legitimam quantitatem. Sin autem etiam heredum ex utraque parte fuerit mentio, vel adjectum tempus vite, vel donatoris, vel ejus, qui donationem accepit: tunc ei quasi perpetua donatio, et continuatione ejus magnam, et opulentioram eam efficiente, et una intelligatur [donatio], et quasi densioribus donationibus cumulata, excedere legitimam modum, et omnimodo acta procedere, et aliter minime convalescere. Recitata septimo⁶¹

53. Mat. L. 36, § 5, infr. h. t. — 54. Mutat. N. 119, c. 2; vide tamen N. 127, c. 2. — 55. § 1, infr. h. t. — 56. L. 21, in fin. D. h. t.; N. 162, c. 1, § 3; adde L. 20, D. de usur.; L. 1, § 5, in fin. D. de verb. oblig.; L. 94, D. de reg. jur. — 57. L. 19, supr. de sacros. eccles.; l. ult. vers. cum enim nulla, supr. de quadrienni præscr.; N. 52. — 58. d. l. 19; L. 36, in pr. infr. h. t. — 59. d. l. 19. — 60. L. 17, supr. de donat. ante nupt. — 61. In pr. supr. hic L. 35, § 3, in fin. infr. h. t. — 61. h. t. 22, in fin. supr. de sacros. eccles.; L. pen. in fin. supr. de reb. cred.; L. 30, in fin. supr. de jure dot.; L. ult. in fin. supr. de legi. tut.; L. 3, in fin. supr. de bon. libert.; L. 19, in fin. supr. de jure delib.; L. 30, in fin. supr. de fideicom.; L. 6, in fin. supr. de bon. qua

in novo consistorio palatii Justiniani. — Dat. 3 kal. nov. Decio V. C. COSS. 529.

35. Idem, A. Juliano P. P.

Si quis argentum donaverit⁶², certumque pondus nominaverit, non autem alias, vel generaliter, vel specialiter expresserit: necessitatem⁶³ ei imponimus omnimodo præfatam pondus argenti dare, sive in vasis quibus voluerit, non tamen pejoribus æstimatione massæ, sive in ipsa æstimatione, quæ pro massa rudi in illis locis frequentata est. — § 1. Si vero reditum certum ex possessionibus donaverit, non tamen nomina possessionum edixerit: necesse habere de sua substantia fundos tradere, tantum reditum inferre valentes, quantum in donatione posuerit: in talibus tamen agris, qui nec omnibus quos habet in possessione anteposuntur: nec deteriores omnibus sunt, sed status mediocris inveniuntur. — § 2. Similique modo si quis certum⁶⁴ numerum servorum donaverit, non tamen et hic nominatim servos inscripserit: et hic mediocris figure servos tradere, et neque tales quos non habere magis, quam habere prodest: nec iterum eos, qui omnem servorum familiam donatoris atcellunt, sed et hic mediocritas spectetur. — § 3. Sin autem donator neque argentum, neque servos habens, vel non tantum quantum donavit, fecerit eorum donationem: æstimationem in his celebrari pro eo quod deest: ita tamen, ut argenti quidem (secundum quod prædiximus) æstimatio detur: in servos autem non amplius nec minus quindecim⁶⁵ solidis quantitas pro singulis detur. In rebus autem in quindecim annos æstimationem præstet. Sed in his omnibus, si quidem intra legitimam summam donatio fiat, nulla monumenta requirantur. Sin autem amplioris summe, tunc ad acta publica recurratur: ita ut in his quæ amplioris sunt æstimationis, secundum nostram legem non totum, sed solum superfluum evanescat. — § 4. Sed et si quis universalitatis faciat donationem, sive bennis, sive dimidiæ partis suæ substantiæ, sive tertie, sive quartæ, sive quantæcumque, vel totius, si non de inofficiosis⁶⁶ donationibus ratio in hoc reclamaverit, coartari donatorem legis nostræ auctoritate tantum quantum donavit, præstare: observatione et hic monumentorum (secundum quod jam sanximus) omnimodo requirenda. — § 5. Sed si quidem in omnibus supradictis casibus usufructus⁶⁷ fuerit a donatore retentus, et traditionem jure intelligi fieri. Sin autem hoc minime donator expresserit; siquidem stipulatio⁶⁸ donationi inserta sit, ex ejus auctoritate traditionem compelli fieri. Sin vero et hoc prætermisum sit, et usufructum minime detinuerit, nihilominus ex lege nostra necessitatem⁶⁹ ei imponi etiam tradere hoc quod donare existimavit: ut non ex hoc inutilis sit donatio, quod res non tradita sunt: nec confirmetur ex traditione donatio: sed liberalitatem plenam, et secundum legem nostram perfectissimam constitutam necessariis traditionis effectus sequatur, et necessitatem habeat donator omnimodo, vel res, vel partem substantiæ quam nominaverit, vel totam substantiam tradere. Cum enim in⁷⁰ arbitrio cujuscumque sit hoc facere quod instituit: oportet eum vel minime ad hoc prosilire, vel cum ad hoc venire properaverit, non quibusdam excogitatis artibus suum propositum defraudare, tantamque inde votum quibusdam quasi legitimis velamentis protegere. Tantoque magis hæc firma esse, si piis actibus, vel religiosis personis donatio deputata sit: monumentorum observatione [in his modis] secundum quod specialiter a nobis in hujusmodi casibus prædictum est, observanda: ne in præfatis [piis] causis ex quibusdam machinationibus non solum inde votus, sed etiam impius donator intelligatur: penasque non solum legitimas, sed etiam celestes expectet, resque donatas in omnibus supradictis casibus non solum eos, dum supersunt, sed etiam eorum successores reddere compelli non tantum his, in quos donatio facta est, sed etiam eorum hereditibus. — Dat. 13 kalend. april. Constantinop., LAMPADIO et ORESTE VV. CC. COSS. 530.

36. Idem, A. Joanni P. P.

Si quis pro redemptione⁷¹ captivorum pecunias dederit, sive per cautionem dare promiserit, cujuscumque quantitatis: cognoscat se neque repetitionem habere, neque exactionem cautionis posse declinare, utpote gestis (sicut in donationibus) non subsecutis super insinuatione ejusdem quantitatis: eo videlicet, qui pecunias accepit, vel prima vice, vel post cautionem, necessitatem habente piissimam administrationem adimplere: nulla ei molestia, vel inquietudine inferenda, vel ab eo, qui pecunias

liber.: L. 20, in fin. infr. de agricol. et censit.; Lib. 11, tit. 47; N. 118, in fin. — 62. Adde L. 1, in fin. L. 19, § 1; L. 35, D. de auro. — 63. N. 162, c. 1, § 2, Inst. h. t. — 64. Adde L. 57, in pr. D. de legat. 1. — 65. L. ult. in fin. supr. de condit. insert. — 66. Supr. de inoffic. donat. — 67. L. 28, supr. h. t. — 68. N. 162, c. 1, § 1, in fin. — 69. In pr. supr. h. t. — 70. L. 30, circa fin. supr. h. t.; adde L. 3, supr. de oblig. — 71. L. 21, D. de soluto matrim.; L. 19, l. 21, in fin. supr. de sacros. eccles.; L. 34, in fin. supr. h. t.